



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Mogvntiae, 1603**

VII. Socij Peru Indiarum prouinciam, & nouam Hispaniam ingreßi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45256**

*migrem.* Lancea itaque illa confodiunt: ille ad Beatorum sedes abiit, feliciter. Alterum è Sociis captiuum abducunt: quid reliquis factum non comperi. Eodem ipso anno, Socios iterum binos Oranum in Africam FRANCISCVS misit, Petrum Domenicum, & Hieronymum Mur: vtrumque Valentia superstitem vidimus: Comites hi dati fratri germano, Petro Ludouico Borgiæ, Magistro equitum Montefanorum, à Philippo Rege misso, vt eam Africae oram armis teneret, & militaribus copiis præesset. Socij in hac statione incolis, & militibus sacra rite procurarunt.

## CAPVT VII.

*Socij Peru Indiarum prouinciam, & nouam Hispaniam ingressi.*

EODEM



EODEM ipso anno, qui est 1567.  
 Eius seculi septimus & sexa-  
 gesimus, alteris ad FRANCIS-  
 SCVM literis petit Philippus  
 Rex mitti Socios viginti in Per-  
 uanam Indiam, prouinciarum  
 ad Occidentem longe maximā:  
 quam in Sacris litteris Ophir, &  
 Pirum etiam nominari quidam  
 putant, Auri fodinis, & Salo-  
 monis Indæorum Regis com-  
 mercio nobilem. Conscende-  
 rent igitur primo quoque tem-  
 pore, collegiaque ædificarent,  
 & domos, vti certis sedibus mo-  
 rati, Christianam Religionem  
 propagarent, puerosque im-  
 buerent optimis & moribus, &  
 disciplinis. Postridie Kal. No-  
 uemb. selecti de multis pauci,  
 Luciferi fano (quem Baticæ  
 portum *SAN LUCAR* hodie appel-  
 lant) profecti Hieronymus Por-  
 tillius

*Gaspar  
 Barreri-  
 us, & Ben-  
 Arius  
 Monta-  
 nus.*



tillius Sociorum præfectus, Antonius Aluarus, Ludouicus Lopez, & Michael Fontanus sacerdotes. His additi Didacus Bracamontius, Ioannes Garcias Ianguensis, Franciscus Methymnæus, & Petrus Loberus. Hi primi Socios in eas Peroras duxerunt, ludosq; studiorû aperuerunt: hodieq; docentur ibi de superiore loco artes omnes futuro Theologo necessariae: incredibili fructu & inquilinorû Hispanorum, quilibet negociantur, & neophytorû, qui CHRISTO iam nomê, suscepto Euangelio, dederunt. Quares, simul Regis Catholici auri- bus, animoq; grata accidit alteram classe missionê institui iubet, profectiq; cû Prætorè Franciscò Toletò sacerdotes quinq; septemq; alij socij. Anno vero

secun-



secundo, & septuagesimo, vndecimo Kal. Quintil. in nouā, vt vocant, Hispaniam, quæ regio nihil ambitu nostra minor est, opulentia sane maior, primi è Socijs traiecerunt quatuordecim, postulante eodem Rege Catholico, quorū eo libentius nomina adscripsi, quod primiviam munierint, portarintq; Euangelium, longe nunc, lateq; fusum in Occidentis Indiam. Sociorū Præfectus Petrus Sanchius, doctor Theologus, qui pridem Complutensem Academiam rexerat, & publici doctoris personā iustinens, valere iustis titulis, & cōmodis, Societati se addixerat. Sacerdotes vero, Didaci duo Lopez & Fonseca: Petri itē, Diaz, Concha, Bazan, & Camargus cognomento: reliqui sacris nondum initiati:

Ioan-



Ioannes complures, his cognominibus, Sanchius, Mercatus, Curielius, & Matillus: Bartholomæus: item Lariosus, Lupius, Nauarrus, Martinus Gonzales. Hæc in Peru Prouincia; nuperque detecto orbe, FRANCISCO Generali Præposito præclare gesta: nec minus in Europa Societatis incrementum fuisse, nunc ostendam.

## CAPVT VIII.

*Polonia Rex Societatem Regno accipit: Collegium Pultouie exstruitur.*

**A**PVD Sarmatas, superstite etiamnum Iacobo Layne, inchoatum Sociis collegium, sumptu, & auspiciis Stanislai Hofij, Prætulis Varmiensis, Bransberga in vrbe, eius diocesis, magno prouincię Prussię, quæ